



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Citatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

factum præceptum, ut notat Boss. *tract. de carcer. fideiuss. n. 46.* & hoc ampliatur, non solum valere in eo, qui fugit, seu tendit ad superiorem, sed qui fugit ad amicum domini sui superioris pro auxilio impetrando, ubi allegat multa jura, & Doctores, ubi videto Vinc. de Annan. *in repet. c. si vasallus, de vasal. decrop. atat. numero 58.*

Undecimò, carceratus si non venit puniendus pœna ultra relegationem, statim examinatus potest relaxari, si offert cautionem, fallit in confessis, & in pœnis pecuniariis stipulatis penes acta Curia, Foll. *loc. cit. fol. 90. num. 1. 2. & 3.* fallit etiam in crimine notorio perjurii, vel si aliàs aufugisset à carceribus, idem *ibidem*, per multa.

Duodecimò, an pœna carceris, de qua *in c. quamvis*, possit sumi pro detractione in monasterium, vide Anchar. *in d. c. numero 4.*

Decimotertiò, carcerati, qui aut crimen confessi, aut ex indiciis forsitan torquendi sunt, non relaxandi sunt sub cautionibus nisi fisco desuper audito, Paul. IV. *Bull. 50. quæ incipit, Licet.*

Decimo quartò, carcerati quibus expensis debeant ali in carceribus, & si appellaverint, quibus expensis sint ducendi ad judicem appellationis, vide Capel. Tolos. *q. 100. in addit.* ubi concluditur quòd expensis appellantis, & detinentis.

## C H O R U S.

**C**Horus. In Ecclesiis cancellis debet esse scriptus, ad hoc, ut solum psallent-

ibus clericis sit locus, Conc. Turonen. *Can. 3.* & nec laici possunt chorum ingredi, excepto Rege, Conc. Constantinop. VI. *Can. 69.* vide *hist. tripart. lib. 9. c. 30.* ubi habetur, nec Theodosio Imperatori Ambrosium voluisse permittere ingredi intra cancellos, ubi clerici psalmodiant.

## C I T A T I O.

**P**rimò, videto practicalistas, & præcipue Maran. copiosè. *6. p. tit. de cit. & Foller. 1. p. 2. n. 28. & 29.*

Secundò, pro praxi Canonica, quando venient ab Urbe citationes in partibus; vide *Clem. Causam. de elect.* ubi habes optimam practicam, sed pro facilitate, sunt notanda multa. Primum non sufficere in causa absentia rei citandi, id quod dicitur *in d. Clem.* sed primum debet etiam servari in profanis, *decis. Rot. 26. de appell. in novis. & decis. 22. de reser. in novis. & ibi addit. num. 5.* Secundò, non tenetur citans dare copiam citationis citato, nisi hoc petat, modo ei lecta fuerit citatio. *Addit. ad decis. 5. Rot. de reser. in novis. n. 15.* Tertiò, tutius est relinquere copiam citationis ipsi citato pro majori contumacia, *Addit. ibidem numero, 6.* & sic vidi praticari multoties, imò semper. Quartò, quoniam verò citatio fit ad valvas Ecclesiæ, & reus, vel alter pro eo petit copiam citationis, ultra relictam ad dictas valvas Ecclesiæ, danda est ei, sumptibus petentis, *Addit. ad decis. 22. de rescript. in novis. num. 15.* Quintò, praxis est, ut fiat copia authentica per notarium publicum, & affigatur ad val-

vas

vas vel relinquatur ipsi citato, si potest haberi personaliter, & postea fiat instrumentum cum citatione & relaxatione inserta, & remittatur ad urbem, & ita videri servari, aliàs sibi non faceret fidem, vide Tiraqu. *de utroq. retract.* §. 6. & gl. 1. & 2. num. 4. & 6. imò citatio nulliter executata dicitur, quando non fuit relicta copia citationis post afflictionem. Caputaqu. *decis.* 109.

Tertio principaliter quando citationes debeant fieri per edictum, vel per proclama. vide Maran. *loc. cit.* n. 38. & *infra*, Covar. *in c. alma mater*, l. p. §. 2. n. 4. *de sent. excom. lib. 6. gl. in c. quoniam frequenter*, §. porro, *ver. impedit. ut lic. non contest. c. 1. de his matr. acc. pos.* & *prælatum, qui fil. sint leg.* & gl. ibi *in ver. promulgavit*, *decis. Rot.* 399. *in novis. Clem. unico, de for. comp.*

Quarto, citatio per edictum non potest committi ab inferioribus princip. *Addu. ad decisionem Rotæ* §. n. 7. *de rescr.* & *decis. 8 de dolo*, & *contum. in novis.* sed hoc intellige quando committeretur, secus verò quando de stylo Curiarum quisque citatur per edictum vel proclama, quando reus non facit copiam sui, vel latitat, ut dixi *in vers. heretici*, §. 5.

Quinto, citationis omissio est insanabilis, cum sit de jure naturali, vide *Clem. pastoralis, de re iud.* Gom. *tractat. utriusq. sign. fol. 90. colum. 1.* adeò, quòd non potest tolli per principem, quia fundatur super illo Genes. quando Deus citavit Adam, & Cain: secus verò quando non fuisset debito modo executata, quia tunc potest sanari, Gom. *loc. cit.* aliquando potest omitti, maximè à principibus;

Navar. *in c. statutum*, n. 18. 19. *quest. 5.*

Sextò, Locorem Ordinarii non statim habità querelâ procedere debent ad capturam, sed prævia informatione in criminalibus & in civilibus, non ad executionem, nisi parte citata, nisi quando dubitaretur de fuga, contra dispositionem jurium vulgatorum, & videatur Diaz *pract. crim. Can. c. 113. §. 6. juxta mediū.*

Septimò, an quis possit citari in territorio alieno à iudice alterius territorii? vide Foller. *in pract. crim.* 4. p. 3. p. num. 11. & *in 1. par. 2. p. num. 27.* Sylvest. *in ver. excommunicatio*, 2. n. 10. & Panor. *in c. nobis*, il 1. *de sent. excom.* Gom. *in tract. de neg. num. 183.* & hos Doctot. pro una opinione affirmativa; pro negativa verò, vide Covar. *pract. 99. c. 10. per extensum*, & Maran. 6. *par. III. de cit. n. 40.* vide *in verb. forum*, & *in ver. remissio regum.*

Octavò, an, & quando possit fieri die feriata, pro die non feriata, vide Tiraqu. *de utroque retract. in fin. num. 78.* & *infra*, & Maran. 6. p. *tit. de citat. n. 10.*

Nonò, citatio personalis requiritur quando proceditur ad privationem alicujus, nisi præcesserit citatio personalis, non sufficit citatio domi ad sententiam, Caputaqu. *decis.* 114. & 117. vide *in verb. privatio*, §. 3. *principaliter, vers. 4.*

Decimò, citatus per edictum, vel per proclama, audiendus est contra rem judicatam, relictis tamen expensis, Caputaqu. *decis.* 118.

Undecimò, an citatio debeat fieri ad quemlibet articulum, an sufficiat, si fiat ad totam causam? Respondetur, quòd utrumque fieri potest, Inn. *in c. auditis, de*

procuratoribus, & in c. Ecclesia vestra, il 3. de elect. Cape. Tolof. q. 427.

Duodecimò, an citatus ad omnes & singulos actus, usque ad sententiam inclusivè sufficiat, & parte non comparente, possit contra eum actitari, & sententia ferri, etiamsi comparuerit semel, Gem. in c. fin. vers. item secundus, de dolo & contum. lib. 6. dicit quòd sic, ex Inn. Lupo, & aliis communiter in c. 1. de elect. lib. 6.

Decimotertiò, an citatus ut compareat personaliter, possit comparere per procuratorem, vide inferius in ver. procurator, §. 9. & cap. 1. de iud. lib. 6.

### COADJUTOR.

**C**oadjutor quando dandus sit Episcopo? vide c. unicum de cler. agrot. lib. 6. & an possit conferre beneficia? vide Selvam tract. de benef. 2. par. quest. 4. per totum, Gimon, de expect. c. 1. n. 48. quam habeat auctoritatem, vide Oldrad. conf. 44. Sylv. in summa, in ver. coadjutor, quando dandus sit parochio, vide in ver. parochia, §. 7. & Dyo. inc. 1. num. 46. de reg. iur. lib. 6.

### CONTUMACIA.

**P**rimò, qui dicantur veri, vel evidenter, vel interpretativi contumaces, vide Glos. in Clem. fin. in ver. manifeste, de dol. & contum. Marant. 6. p. m. 2. per totum.

Secundò, quando debeat accusari prima, & ultima contumacia, vide eund. ibid. n. 1. & memb. 1. n. 67.

Tertiò, contumacis quæ sint pœnæ, vide ibid. n. 9. & infra, ubi dicit esse tertiã

partem mobilium contumacis in causis criminalibus, ibi, n. 24. Foller. pract. crim. tit. banniantur, n. 40. & infra. Afflict. in constit. privilegia, n. 5. sed glos. magna, in cap. 1. de dolo & contum. lib. 6. dicit hanc pœnam esse arbitriam, & sic Marant. ubi supr. dicit observandam diversarum Curiarum consuetudinem (intellige juri, & rationi consonam) & Inn. in c. de causis, num. 7. de offic. deleg. ait contumacibus non esse impositam pœnam aliquam sed condemnatis, & vide Iser. cit. inferius in ver. pœnæ, num. 7.

Quartò contumaces per Bullam Pii V. quest. 15. & aliam quæ est 117. quæ incipit: Dudum in statu Ecclesiastico: si per annũ sic contumaces steterint, non admittuntur ad defensionem, sed condemnantur ad pœnam, etiam ultimi supplicii, & ita audivi practicari in facto,

Quintò, contumaces tam in civilibus, quàm in criminalibus, quando executio realis, vel personalis haberi potest, non sunt aliquo censuræ ecclesiasticæ vinculo innodandi, sed aliis pœnis, & multis corrigendi, Cone. Trid. sess. 25. c. 3. §. in causis verò, de reform. cap. 12. & ibi glos. ut litæ non contest. cap. contingit, & ibi glos. in vers. non potest, de dolo & contum.

Sextò, licet regulariter contumax habeatur pro præsentem in omnibus, & singulis actis, ut patet juribus vulgatis, tamen citandus est ad diffinitivam, Bal. in marg. Innoc. in verbo contumax, & citat. Innoc. in cap. nostri, de elect.

Septimò, quando excusatur ob aliquod impedimentum, vide Marant. ubi supr., & l. contumacia. ff. de re judic. Afflict. decis. 29. ubi dicit, quòd debet re-

intere-